

Besuch erbittend.<sup>9a)</sup> Mit Hochachtung Dr. J. Chr. Schwarz, Dr. Gruber, R. Hailer, königlicher Eleve. Disentis, den 25. Februar 1838.

Quamquam Rector hisce datis literis nihil illis rescribere vellet, tamen consulente Illustrissimo Domino Petro Antonio de Latour hunc in modum Professoribus respondit, se omnia Scholae consilio relaturum, ab eodemque sententiam expectare. Eidem consilio nominati literas dederunt postulantes, ut aut Rector removeatur aut ipsis futuro autumno abeundi licentiam dare dignetur.

Ast hisce non satis R. P. Oeconomo per servitorem nuntiarunt, se non amplius victum a monasterio accepturos, qua declaratione facta per quatuor dies in caupona Domini *Landamani Condrau* cibos sumpserunt, plurima interim mala tam de Rectore quam de Monasterio loquentes spargentesque.<sup>10)</sup> Cum nemo in pago victum eius amplius praebere vellet, Dominus Schwarz nomine aliorum Reverendissimum Abbatem accessit deprecans, ut eos alendos iterum conducere dignetur, et 1. Martii victum in monasterio denuo summere coeperunt.

Narravimus hisce diebus fideliter facta Illustrissimo Domino Petro Antonio de Latour bis nobiscum in nostro refectorio prandium summenti, qui nos bene fecisse adfirmavit; choreas enim praecipue tempore nocturno in monasterio cum personis alterius sexus agere non convenire.<sup>11)</sup>

*d) Die Studenten wünschen Kaisers Verbleiben (15/21. März 1838).*

*Anstände der Studenten mit Prof. Gruber. Eingreifen des Schulrates.*

Die 15. (Martii) huius Dominus Professor Schwarz a Scholae consilio vocatum Curiam ivit. Postquam multa haud in monasterii et Rectoris laudem tam Curiae quam Jllantii locutus esset, die 21 hujus vespere male contentus Desertinam reversus est.

Studiosi pluribus ante diebus de libello die 25. Februarii a tribus supra nominatis Professoribus Domino Rectori misso certiores facti, convenerunt Scholae consilio supplices literas dare ea quidem intentione, ut dictum consilium Rectorem defendat eumque abire non permittat. Ad hanc petitionem a *studioso Condrau* compositam praelegendam studiosi hodie in cellam absentis Professoris Schwarz quasi occulte convenerunt.<sup>12)</sup> Petitio, cui 60 studiosi subscriperunt, sic sonat.<sup>13)</sup>